





530. num. 32

1770, 1 13

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE

SUCCESSIONE CONIVGVVM  
MVTVA

SIVE  
DE PORTIONE CONIVGVVM  
STATVTARIA

IXXTA  
ORDINATIONEM PROVINCIALEM  
SOLMENSEM

PARTE II. TIT. XXIIIX.

QVAM

EX DECRETO ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS


SOLEMNI  
EXCELLENTISSIMORVM ACADEMIAE PROCERVVM  
DISQVISIONI

AD DIEM XXIIIX. DECEMBER. ANNO MDCCCLXX  
SVBMITTIT

IOANNES GEORGIVS ADOLPHI

LICHA - SOLMENSIS.

GIESSAE,  
EX OFFICINA BRAVNIANA.



6.20. 1800. 32

DISSERTATIO HISTORICA NATURALIS

DE

SUCCESSIONE CONIVGV

MIVTA

DE

DE PORTIONE CONIVGV

STATVARIA

DE

ORDINATIONEM PROVINCIALEM

SOLMENSEM

PARTIS I. DE XLIX

BY DECRETO RE. VICTORIANE

MAGISTRIS IURISCONSULTORVM ORDINIS

PRO SVMMIS ET VIGORIBVS IURE HONORIBVS

AC PRIVILEGIIS RITE CONSERVANDIS


EXCELLENTISSIMORVM ACADEMIARVM PROCURAT

PROPOSITIONIS

AN IURE XLIX DEBEAT RITE CONSERVARI

IOANNES GEORGIVS ADOLPHI

AVGUSTI - SOLMENSES



EX OFFICINA BRANDBVRGIANA



ILLVSTRISSIMO AC CELSISSIMO

COMITI AC DOMINO

DOMINO

CAROLO

S. R. I. COMITI REGENTI

IN SOLMS - HOHENSOLMS

LICH ET TECKLENBURG

DYNASTAE IN MVNZENBERG

DOMINO IN WILDENFELS ET

SONNENWALD RELIQVA

REGII SVECICI ORDINIS SERAPHINI

EQVITI

PATRIAE PATRI

INDVLGENTISSIMO

DOMINO SVO

CLEMENTISSIMO

HAS  
STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS

IN  
PVBLICVM SVBIECTISSIMI OBSEQVII DOCUMENTVM  
SVSCEPTIS SIMVL  
PRO PERPETVA

CELISSIMAE GENTIS SOLMENSIS

GLORIA VOTIS

DEMISSISSIME OFFERT

NVMINIS

TANTI COMITIS

HVMILLIMVS CLIENS  
IO. GEORG. ADOLPHI

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
SUCCESSIONE CONIVGVVM MUTVA  
SIVE  
DE PORTIONE CONIVGVVM STATVTARIA  
IVXTA  
ORDINATIONEM PROVINCIALEM  
SOLMENSEM  
*P. II. tit. 28.*

---

PROOEMIUM.



Cogitanti mihi, quamnam potius  
prae aliis materiam inauguralis  
disputationis loco seligerem, praesens thema ex *iu-*  
*re patrio* se obtulit, idque per formam speciminis

A

aca-

academici pro ingenii mei modulo sub examen  
reuocare haud inconueniens arbitratus sum: Prae-  
cipue, quum casus hic ventilatus omnino dignus  
est, qui diligenti cura studioque perpendetur,  
quoniam eius decisio a diuersis hilarioris famae  
Viris, quosque suspicio & magnifacio, aliter ac  
mea sententia fert, fieri debere putabatur.

Casus non ita pridem contigit sequens: per-  
sonae quaedam matrimonium inierant non confe-  
ctis pactis dotalibus. Post aliquot annos vita  
defungitur maritus, nec liberis nec vltima volun-  
tate, sed solis cognatis collateralibus existentibus.

Quaesitum est, *numme superstiti coniugi compe-  
tat portio statutaria, Et in quo ea consistat, iuxta Or-  
dina-*



*dinationem patriam?* Respondi ego adfirmando prius, & quoad posterius ei adiudicando vsumfructum vniuersorum defuncti bonorum quoad dies vitae, & praeterea proprietatem semiffis bonorum defuncti mobilium omnium, (nicht allein sein lebenslang den beyseßs bey allen liegenden und fahrenden Gütern, sondern auch den eigenthum aller beweglichen Güter und fahrenden haab zum halben theil:.) Hanc dixi *portionem esse statutariam*, quae superstiti coniugi debetur *iure hereditario*. Insuper vindicaui superstiti coniugi dimidium adhaestus *iure communionis bonorum particularis*, ideoque *iure proprio*.

Alii, vt dictum est, contrariam plane opinio-

nem



nem amplectentes, statuerunt, non existere aliam  
portionem statutariam, iuxta *Ordinat. nostram*,  
quam *adquæstus partem & usufructum*. Ego ve-  
ro quavis occasione demonstrare annis sum, non  
confundi debere id, quod *iure communionis bono-  
rum particularis* ad superstitem peruenit, cum eo,  
quod *iure successionis vel portionis statutarie nomine*  
ei defertur. Nec dubito fore omnes, qui bene  
perpenfis, a me prolatis, argumentis meam sen-  
tentiam & explicationem menti legislatoris con-  
sentaneam iudicent.

CAP. I.



## CAPVT I.

### DE LEGITIMA CONIUGVM SVCCESIONE ROMANA EIVSQUE AD ORDINATIONEM SOLMENSEM HABITV.



§. I.  
M irum forsā cuiusdam videri posset,  
qui sit, vt tradituri nos legitimam  
successionem coniugum mutuam  
iuxta Ordinationem Solmensē,  
*principiis domesticis* quoad hanc do-  
ctrinam praecipue innixam, prae-  
mittendum tamen, quid *Romani*  
circa hanc materiam disposuerint, operae ducamus  
A pre-



pretium, imo necessarium. Verum enim vero, ex Ordinationis nostrae prooemio ut & Tituli nostri explicandi principio apparet, *Ius Romanum* non esse circa hanc materiam abrogatum a Legislatore, sed omnino & *expresse* in altero casu allegatum, & neutiquam reprobatum.

## §. II.

Scilicet, ut paucis me hic expediam, *duobus casibus* secundum ius romanum novum ab intestato coniux coniugi succedit. Primo, si omnes cognati deficient: quem casum *legislator Solmensis* his expressit verbis: Wiewohl den Kayserlichen Rechten nach, Eheleute einander nicht erben, es seyen dann von dem verstorbenen Ehegemahl *zumal* keine Erben, weder in ab- noch aufsteigender, noch auch der Zwerch-Linien, vorhanden. Et in hoc quidem casu Praetor, aequitate motus, coniugem superstitem *in solidum* ex Edicto *Vnde Vir & Vxor* admisit. Quae praetoria coniugum successio nec *Ord. Solmensis* abrogata est: quamvis legislator verbis: Welches sich selten zutraeget, bene monuerit, casum deficientium omnium cognatorum raro accidere; quo ipso eorum sententiam improbasse videtur, qui, a vero longe aberrantes, agnatis cognatis succedendi ius ad *gradum tantum decimum* compete-

petere aiunt 1). Experientia quidem docet, quod ultra hunc gradum inter homines priuatae, praesertim plebeiae conditionis, raro de cognatione certo constare soleat, sed tunc non ius deficit, sed cognationis probatio; similia vero in iure nostro haberi: non esse & non posse probari, tralaticium est.

- 1) Ex nouioribus ICis Antesignanus est IO. PETRVS de LVDEWIG in *Diff. de lege caducaria* Halae 1733. solide refutatus a FRIED. ES. PVENDORFIO Tom. II. Obs. 125. Cui adstipulatur *Illustr. KOCHIVS*, Praeceptor & Promotor aeternum venerandus, in *tr. de Success. ab intestato* §. 94.

§. III.

*Secundo* si coniux praemortuus *locuples* sit, superstes autem *inops*. Tunc enim IVSTINIANVS huic successione indulgit, adeo vt cum extantibus liberis, multo ergo magis cum defuncti coniugis ascendentibus & collateralibus *suo modo* ad successione admittatur. Nou. 53. cap. 6. Nou. 117. cap. 5. auth. *praeter ea* Cod. *Vnde Vir & Vxor 2*).

- 2) Consule pluribus *Illustr. KOCHIVM* in *cit. tr.* §. 105. ibique plena manu excitatos Scriptores, quibus addendus *Vir Summus* DAVID. GEORG. STRVBEN in den rechtlichen Bedenken Tom. II. cons. 58.

A 2

§. IV.



## §. IV.

Hunc vero posteriorem casum **FICHARDUM**, quem Ordinationis patriae auctorem esse inter omnes constat, ideo praeteriisse verisimile est: quoniam certe rarissime vsu euenit, vt superstiti vile & proficuum sit hoc successionis beneficio frui; cum Ordinatio nostra coniugi susterstiti tanta indulserit emolumenta, quae plerumque beneficium hoc longe superabunt. Quodsi tamen aliquando casus existat, vt superstes coniux *inops* consultius ducat, ad successionis beneficium a **IUSTINIANO** datum prouocare, saluam ipsi electionem esse intrepide affirmo 3).

- 3) Arg. *Ord. Solmens.* prooem. & P. II. tit. 27. §. 10. Was sich dann über die ietz erzehlte weitere Faelle zutragen moechte, die Erbschafft belangend, da wollen wir das dieselben auch, nach Ausweisung der Kayserlichen Rechte decidirt und entschieden werden sollen. v. c. **ORTH.** ad Reformat. Francofurt. P. 5. tit. 4. §. 1. not. a.



CAP. II.



## CAPVT II.

DE LEGITIMA SVCCESIONE CONIVGV  
GERMANICA MVTV IN GENERE SIVE  
DE PORTIONE STATVTARIA.

## §. I.

Iura vero Germanica maxime differre a Romanis, parum coniugi superstiti prospicientibus, nemini excitare potest dubium, nisi qui ius Germanicum, primis nondum labris degustavit, & statutorum morumque inspiciendorum curam plane neglexit: adeo vt secundum STRYKIVM 4) vix oppidum in Germania sit, vbi coniugum hereditas ex solo iure ciuili deferatur. Itaque *Ordinationis nostrae* Auctor ex vsu Germaniae loquitur: Iedoch, dieweil ic billig ist, das ein Ehegemahl von dem andern, von wegen ihrer Christlichen und ehelichen Beywohnung, und hoechster zusammen verpflichteter Treu und Freundschaft, nachdem sie auch durch die Verehlichung ein Fleisch und ein Leib worden, etwas Ergoetzlichkeit ihrer saemblich in ihren Ehe-



stand mit einander gehabter Sorg, Mühe und Arbeit, bekomme, und derwegen fast allenthalben im Reich Teutscher Nation brauchlich, auch durch sondere Statuta versehen, daß Eheleute einander, doch mit einer Maas, auch erben sollen und moegen: i. e. vt pars aliqua ex defuncti bonis in superstitem deferratur iure hereditario. Iamque, ex Tacito 5) manifestum est; ius quoddam vxori in facultatibus mariti demortui fuisse; verum illud non ex *condominio*, cuius nulla fit mentio, sed vel *ex pacto*, vel *legali* in futurum mortis euentum *prospicientia* profluxisse, constat, illam ideoque *dotem pactitiam*: hanc, utpote moribus & legibus praefinitam *legitimam*, seu vt sequenti aevo loqui amarunt, *portionem statutariam* concinne appellare licet; cuius deinde *lucris & mariti* mutatis temporibus participes facti sunt 6).

4) de *success. ab intest.* Diss. IV. Cap. 3. §. I.

5) de M. G. cap. 18. Dotem non Vxor marito, sed vxori maritus, offert.

6) Illustr. FRIED. GVILIEL. PESTEL in *Disq. de success. ab intest. coniugum*, cap. I. §. 14.

## §. II.

Portio haec *statutaria* quando pro *re* sumitur ex vulgari loquendi vsu comprehendit *omne commodum*





*dam quod coniux ex alterius coniugis bonis relictis secundum statuta moresque loci accipit: Quando autem pro iure in re accipitur, tunc est ius hereditarium in portionem hereditatis ex defuncti coniugis bonis superstiti coniugi lege debitam 7).*

7) Illustr. IO. HENR. CHRIST. de SELCHOV in *comp. Iur. Germ.* §. 480. quo me Praeceptore usum glorior.

### §. III.

Indagaturis autem nobis, portionis statutariae, instituti plane germanici, *fundamentum*, variae variorum opiniones obueniunt. Sunt enim, iique non pauci, qui successionis coniugalis fundamentum *ex communione bonorum* olim, & nunc, in Germania plerisque in locis vigente, repetendum esse censent, veluti CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFFMANNVS 8), IO. PETRVS de LVDEWIG 9), SAMVELIS STRYKIVS 10), DAVID. MEVIVS II), IOANNES SCHILTERVS 12).

8) CHRIST. GODOFRED. HOFFMANN in *Diff. de communione bonorum coniugalium natura atque principis* §. 7. Francofurt. ad Viadr. 1730. ibi: Inde enata est portio statutaria, haecque successionis coniugum in Germania prima sunt fundamenta.

9) 10.



- 9) IO. PETRVS de LVDEWIG in append. *Diff. de successione inter coniuges* differentia 2. *Opusc. miscell.* p. 1294. & ibidem diuersis in locis.
- 10) SAMVEL STRYKIVS in *Vf. Mod.* ad tit. Vnde V. & V. §. 9.
- 11) DAVID. MEVIUS ad *Ius Lub.* lib. I. tit. 5. nro. 24. art. 5. verbis: Tum lucrum statutarium quod superstici coniugi debetur ex defuncti bonis haec bonorum communio infert.
- 12) IOAN. SCHILTERVS Exerc. 41. th. 75. & 76.

#### §. IV.

Econtra Illustr. FRIED. WILH. PESTELIVS 13), luculenter ostendit, communionem bonorum tanquam successionei conjugalis fundamentum non recte assumi, nec vniuersim id procedere. Coniuges enim sibi inuicem talibus etiam in locis, vbi bonorum communio nunquam inualuit, aut saltim iam diu exoleuit, succedunt. Praeterea Perillustr. IOAN. VLTRIC. L. B. de CRAMER 14), clarissime docuit, non valere conclusionem a communiione bonorum coniugum ad eorum mutuam successionei: quoniam non omnis communio bonorum inter coniuges statim est *proprietary*, sed & *usufructuaria* esse potest; sicuti per exempla probatum dedit *Vir Per-*  
*illu-*

*illuſtris*; pari ratione nec a negata mutua coniugum ſucceſſione ad negandam communionem bonorum validum duci poteſt argumentum.

13) in *cit. Diſquiſ.* §. 4.

14) In den Nebenſtunden Part. XXI. Abhandl. 4. §. 8.

§. V.

Fuerunt quoque, qui *condominium* tanquam ſucceſſionis rationem adducere non dubitarunt. Iterum vero probauit Perilluſtris L. B. de CRAMER 15), *condominium* nihil aliud operari, niſi ius rerractus, & per ſe & ſimpliciter non dare ſucceſſionem, excepto caſu: *ſi ſpeciale ſucceſſionis pactum adiectum.*

15) P. XVII. Abhandl. II. §. 26. & P. XXI. Abhandl. IV. §. 8.

§. VI.

Ex quibus omnibus ſatis manifeſtum eſt, gräuiſſimis dubiis expoſitam eſſe eorum opinionem, qui portionem ſtatutariam *communioni bonorum* innixam eſſe tradunt. Aliud igitur fundamentum eſt eruendum. Quid vero obſtat, quo minus illud, in *moribus* vel *ſtatutis* quaeramus? Statutorum enim vicinorum conditores, & præcipue patriæ Ordinationis Auctor hac in doctrina ſemper vtuntur verbis:

iii

B

faſt



fast allenthalben im Reich Teutscher Nation brauechlich, auch durch sondere statuta versehen 16); & se non aliud fecisse asserunt, nisi vt mores & quod haectenus vsu constanter seruatum, antea vero sine scripto venierit, in scripturam redegerint & confir- mauerint, vt iure nunc scripto, & rite promulgato & certo, vterentur subditi: cum antea, vti in iure non scripto fieri solet, omnia fuissent ancipitia, dubia & disceptationum larga seges 17). Sufficiat tan- tum nobiscum sentientes adducere Perillustr. L. B. de CRAMER 18), Virum Consult. IO. PHILIPPI ORTH 19), & illustr. IO. WILH. PESTEL 20).

16) *Ord. nostr.* P. II. tit. 28. §. I.

17) in proem. *Ord. nostr.*

18) cit. loc. P. XXI. Abhandl. 4. S. 8.

19) In Anmerkungen zur Frankfurt. Reform. P. V. tit. 3. ad §. 3. pag. 526.

20) cit. loc. §. 27.

### §. VII.

His autem moribus, in statutis retentis & de- nuo corroboratis, ansam omnino praeuuisse vide- tur ratio successionis coniugum *finalis* vel *impulsua*. Notum enim est, vxorem marito nullam dotem, sed secundum *Tacitum* dotem vxori maritum olim in

in Germania obtulisse. Itaque quum vxor nihil bonorum, parum saltem, ad maritum afferret, quibus sese post mortem sustentare potuisset: officii maritalis omnino erat, ei dorem constituere, i. e. Wichum seu Wittum, quo secundum dignitatem mariti viuere posset. Hoc, quum tempora sese mutassent, & vxores ampla bona in matrimonium intulissent, ad maritum quoque extensum fuit, cum ad seruandam inter thori consortes aequabilitatem, tum ad compensationem fidei & tutelae: huic vero doti pactitiae successit legitima, cuius quantitas legibus praefinita est. Cum deinceps ciuitates plurimae statuta sua conderent: veterem illam dorem paulatim a natura sua defleuentem, retinuerunt, confirmarunt, auxerunt 21). Pleniùsque hoc declarant verba *Ordinat. nostrae* 22): Iedoch, dieweil ie billich ist, daß ein Ehegemahl von dem andern, von wegen ihrer christlichen und ehelichen Beywohnung und hoechster zusammen verpflichteter Treu und Freundschaft, nachdem sie auch durch die Verehlichung ein Fleisch und ein Leib worden, etwas Ergerzlichkeit ihrer saemblich in ihrem Ehestand mit einander gehabrer Sorg, Mühe und Arbeit, bekomme, ... auch erben sollen und möegen. Iisdem plane verbis vsus est FICHARDVS in *Reform. Francofurtana* 23).

21) Ita ratiocinatur Illustr. PESTEL. in *cit. Disq.* cap. I. §. 14. & 18.

107

B 2

22) P. II.





22) P. II. tit. 28. pr.

23) P. V. tit. 4. pr.

§. VIII.

Hanc vero sanctionem in ipsa *aequitate naturali* fundamentum suum agnoscere fateri nos omnino oportet. Ideoque ANDR. GAILIVS 24), DAVID. MEVIUS 25), & praecipue IO. PAUL. KRESSIVS 26), nihil esse convenientius amori, quo sese coniuges prosequi solent & debent, ac si post vnus mortem emolumenta ex eius bonis in superstitem redundarent, apposite docuerunt. Huic dogmati adstipulatur quoque CHRISTOPH. FRID. HARPRECHT 27), dum statuit, etiamsi ius naturale nullam communionem bonorum coniugum inferret, tamen a KRESSIO adducta iam sufficere ad sanctionem coniugum ex iure naturae defendendam. In eo autem mihi errasse videntur antea citati GAILIVS, MEVIUS, KRESSIVS & HARPRECHTVS, si *causam impulsivam* vel *rationem finalem*, pro causa *efficiente* venditare cupiunt. Licet enim *ratio finalis* aequitate nitatur, & ex ipsius aequitatis naturalis limpidissimo fonte profluat: quodsi tamen nulli mores vel statuta adsint, expresse id disponentia, sola ratio finalis non vsque adeo sui valitura erit momento, vt coniux superstes emolumenta ex defuncti bonis in ciuitate consequatur. Itaque *moribus*, *statutis* vel

vel legi debemus *causam efficientem*; rationem vero *finale*m vel *impulsivam* aequitati omnino naturali.

24) lib. II. Obs. 124. no. 2.

25) ad *Ins. Lab.* P. II. tit. 2. art. 12. no. 19. & 20.

26) in *Diss. de aequitate successionis coniugum* cap. V. Helmst. 1719.

27) in *tr. de fontibus iuris Wurttemberg.* art. 3. Lit. kk. Pag. 81.

### §. IX.

Ante vero, quam ad specialem disputationis nostrae partem pertractandam propius accedimus: praemittere *lucrorum statutariorum* differentiam, quae *vi communionis bonorum particularis*, tanquam huius effectum, *iure proprio* acquirit coniux, & quae ex *legibus, moribusue iure hereditario ex bonis defuncti coniugis* ad *superstitem* perveniunt, e re omnino videtur. Haecce, etiamsi inter se maxime diuersa, in vno tamen titulo pertractavit *Ordinationis nostrae* Auctor. Eoque non potuit non fieri, quin haec mixtura totam fere dispositionem dubiam & obscuram redderet, crucemque figeret iis lectoribus, qui haec studiose separare neglexerunt. In *Reformatione Francofurtensi*, patria mea ordinatione posteriore, evitavit hanc confusionem vtriusque conditor FICHARDVS, diuersis titulis his de rebus agens.

B 3

§. X.



## §. X.

Iam Illustr. de SELCHOW 28) eos, qui haec non bene distinguunt, redarguit. Si coniux, inquit *superstes ex communiōe bonorum vniuersali*, omnem defuncti substantiam capit, haec successio improprie portio statutaria appellatur, quod verbi causa contra eos notandum, qui de portione statutaria Lubecensi, Hainburgensi &c. scripserunt, cum proprie loquendo, hoc casu, ne vera quidem successio adsit, sed iure condominii portio defuncti portioni superstitis coniungatur. Deinde multis nominibus differt portio statutaria vel successio coniugum mutua ab effectibus C. B. P. vel adquaestu. Primo enim portio statutaria pro compensatione adquaestus haberi nequit, cum praeter eum constituatur 29). Porro adquaestus iure domini & proprio retinetur 30); portio vero statutaria iure hereditario post mortem coniugis acquiritur. Ille alterius coniugis voluntate adimi nequit 31); haec ab intestato tantum debetur, & iuxta Ordinationem nostram circa eam disponendi salua est vni coniugum libera facultas: quod posterius tamen non vbique obtinet, vt infra notabimus.

28) in nota 3. ad §. 480. comp. Iur. Germ.

29) Generosiss. de SELCHOW cit. loc.

30) vid. Cl. 10. PHIL. ORTH. loc. cit. ad Tit. I. vsque 8. P. II. pag. 550. P. V. Tit. 5. & 7. §. 2.

31) PESTEL loc. cit. §. 28. cap. I.

## §. XI.



§. XI.

Clarissime tandem, ita ut otium nobis fecerit, hanc differentiam demonstrat NICOL. CHRIST. LYNKER vel potius IO. ES. SCHNEIDER 32) cuius verba transcribere lubet: „Neque enim sic recte sentiunt, qui eas tum demum communes fieri statuunt, quando post fata communicantur. Sunt namque ab initio statim tales, & manent sub hac qualitate, vsque dum casus mortis existat. quo non demum accipiunt eam, sed pro natura & forma impressa, a consuetudine, vel statuto tribuuntur superstite. Ita loquuntur etiam conditores reformationis patriae artic. 10. Und sollen die erzeugte Güter auf das Letzlebende erblich verstorben und gefallen seyn: non quasi successorio iure principaliter ad superstitem deuoluantur bona in coniugio acquisita, sed quia per formam in ipsa acquisitione coniugali, talia esse coeperunt, nempe communicabilia. Quod enim statuta ita expriment communicationem, per verba, erben, erblich zugefallen, nach dem Tod seinen Theil erben, illa secundum terminos habiles intelligenda veniunt: quatenus nimirum haec bona secundum eadem statuta sunt communia, post mortem tamen alterius coniugis instar bonorum hereditariorum accipiuntur a superstite. Sane si in ipsa statim acquisitione iure hereditario non iure communione, talia bona competere, tunc inuita iurispruden-

CAP. III.





dentia & contraria prorsus ratione, *moriens viuo succederet*. Exemplo sit nobis vxor moriens, cui post mortem omnino debetur portio, secundum consuetudines ac statuta, de bonis hucusque communibus. Iam vero si post mortem acciperet illam, & quidem successionis iure, procul dubio succederet viuo marito in portione sua, & illam transmitteret ad heredes. LAVTERBACH cit. loc. cap. I. §. 4. Agnoscit hanc inter bona differentiam ius patrium, sicut ostendimus modo, quando a bonis in coniugio acquisitis, cum cura fecernit bona ante coniugium in initum quae sita, apportata, ex hereditatibus delata, donata, zusammen gebrachte, aufgestorbene, geschenkte Güter: quae inter hereditaria regulariter pertinent, siue quae iure hereditario succedentibus tribuuntur, secundum particularia iura & statuta: quae contra sunt stante matrimonio acquisita, secundum eadem diuiduntur, sed iterum particularia, sicut haec in titulo quarto & quinto satis aperta noscuntur „

32) in *Diss. de adhaesione coniugali*, *Francofurt.* §. 30. in L. B. de SENCKENBERG, *Select. Iur. & Histor.* T. I. pag. 442. seqq.



CAP. III.



## CAPVT III.

DE SVCCESIONE CONIVGV MVTVA  
SIVE DE PORTIONE STATVTARIA  
SECVNDVM ORDINATIONEM SOLMENSEM  
SI LIBERI NON ADSVNT.

## §. I.

**H**is, quae tum ad illustrationem, tum ad probationem a nobis dicendorum pertinere videbantur, praemissis; nunc specialem thematis nostri tractationem aggredimur. Duplex vero huius rei est paritio. *Ordatio enim nostra eam, quae in plerisque statutis eadem occurrit, sequitur distinctionem, vtrum liberi adsint? vel non adsint?* Nos, filium Ordinationis patriae securi, primo loco illud caput paullo alius discutemus, quod casum: *si liberi non adsint*, proponit. Sive vero liberi nunquam suscepti fuerint, siue ordine mortalitatis turbato ante parentem ex hac vita decesserint, perinde est; utroque enim casu conditio: *quod sine liberis decesserit parens, existit* (33).

33) l. 17. §. 7. D. ad SC. TREBELL. Ord. Solm. c. 1. §. 2.

C

§. II.



## §. II.

In *utroque* tamen casu generaliter adhuc notandum est, quod, ut locum habeat *portio statutaria*, a) *pactis dotalibus* de futura coniugum successione in illum, de quo quaestio incidit, casum nihil conuentum esse debeat. Prouisionem enim hominis tollere prouisionem legis, expediti & indubitati iuris est. Pactis vero dotalibus vel *expresse*, idque etiam *simpliciter* sine alterius lucri assignatione, vel *tacite*, aliud lucrum, loco *portionis statutariae* deferendum, surrogando, renunciari potest *portioni statutariae*. Ad *tacitam* autem *portionis statutariae renunciationem* non sufficit, si in *pactis dotalibus* de solo *dotis* aut *donationis* propter nuptias lucro aliquid, sine *expresse* *portionis statutariae renunciatione*, cautum reperitur. Nam sola & simplex conuentio de lucro *dotis* aut *donationis* propter nuptias iure meo patrio non inuoluit *tacitam* *portionis statutariae renunciationem*, per uerba clarissima: da zwey Eheleuth ohne sondere Pacta und Gedinge, oder so dieselben sich allein auff die Zugiff und Widerlegung, erstrecken, zusammen sich verheyrathet 34). b) Quod *pactum successorium* aut *ultima uoluntas* non adfit. His enim iure nostro *portioni statutariae derogari* posse 35), indubitata res est, ob uerba: sonder Geschaeffren und letzten Willen mit Tod abgehert 36). *Pacto* uero *successorio*, siue inter coniuges inter se, siue a con-

inge

juge cum tertio, initum sit, vim ultimæ tantum voluntatis FICHARDVS, principiis iuris romani imbutus, tribuit, ideoque est vnus pacifcentis voluntate reuocabile; si a solo casu: si inter coniuges de dote aut donatione propter nuptias lucranda conceptum est pactum successorium, discesseris 37). c) Quod vnus coniux alteri superuixerit. Nam si commoriuntur & ambo simul decedunt, ab vtriusque coniugis parte omnis cessat portionis statutarie petitio. Hoc sibi volunt verba: und eins vor dem andern --- mit Tod abgeheth 38). Caeterum d) inter *maritum* & *uxorem* hoc loco non distinguitur.

34) *Ord. Salm. c. l. §. 2. conf. GODOFR. SCHVLZE diss. de lucro dotis marito in pactis dotalibus concesso portionem statutariam non excludente. Halae 1740. sub praesidio SIM. PETR. GASSERI defensa; quam vero nuper sibi vindicauit & T. III. Observat. iur. uniu. p. 27. seqq. inseruit, Perill. L. B. de CRAMER, CAROL. FRID. WALCH, diss. de renunciatione portionis statutarie tacita. Ienae 1760. CHRIST. GOTTL. RICCIUS in Spicil. ad ENGAY p. 501.*

35) In iure quoque *Francofurtano* a multis annis iugens de super existit controuersia, sed illa in fauorem portionis statutarie per SCtum de XXI. Sept. 1758. decisa est.



Videbis Magnifici Academiae huius Procancellarii FRANCIVSTI KORTHOLTI Praeceptoris summa pietate venerandi, *diss. de pactis dotalibus secundum ius commune & statutum Francofurtense*, Gieslæ 1768. Sect. 3. §. 30.

36) *Ord. Solm.* c. 1. §. 2.

37) *Ord. Solm.* P. II. tit. 18. §. 5. & 6. tit. 23. §. 16. conf. Magnif. KORTHOLT. c. 1. §. 29.

38) *Ord. Solm.* P. II. tit. 28. §. 2. add. l. 32. §. 14. D. de donat. int. V. & V. SAMVEL STRYK in *tr. de Success. ab int.* diss. 10. c. 4. §. 1. seqq.

### §. III.

Differentiam quoque *bonorum coniugalium* eorumque varias huc pertinentes species praemittere necessarium duco. Nempe ea sunt vel in matrimonium illata, quae *adportata* seu *adlata*, *eingebrachte*, *dargekommene Güter*; vel successione alioue titulo lucratio durante matrimonio acquisita, quae *delata*, *aufferstorbene Güter*; vel titulo oneroso, labore & diligenti rei familiaris cura stante coniugio parata, quae *acquisita*, *erzeugte*, *eroberte errungene Güter* vocari solent 39). Haec triplicis generis bona esse possunt vel *mobilia*, *bewegliche*, *führende Güter*; vel *immobilia*; *unbewegliche*, *liegende Güter*. Ipse legislator noster sequentia in numerum *immobilium* retulit: nicht.

nicht allein die Güter, so von Natur liegend und unbeweglich sind, als Haus, Hof, Aecker, Wiesen &c. für unbeweglich, sondern auch die Güter, so zu Erb oder Landsiedeln Rechten bestanden; item die so auff ein Wiederkauff erkaufft; item ewige Zins, Renten, auch wiederkaeuflliche und abloeffige Gültren 40); *mobilis* vero haec recenser: Baarschaft, Silbergeschirr, Kleinodien, Hausrath, Früchte, Wein, Viehe, und alles so von Natur beweglich, auch Schulden 41). Et quamuis FICHARDVS generatim dixerit, quod, quae inter *immobilia* non sunt enumerata, pro *mobilibus* habenda sint, verbis: aber alle uebrige Güter sollen für beweglich und fahrende Haab geachtet werden 42); tamen haec regula ita crude & absicisse non est accipienda, vt fallere sit nescia. Nam vel vocula *als*, huic regulae subiecta, & incompleta tum *immobilium*, tum *mobilium*, enumeratio satis ostendunt, quod mens legislatoris nullatenus fuerit, eas res, quae sine dubio ad *immobiles* pertinent, sed in *indice rerum immobilium* *omissae* sunt, in classẽm rerum *mobilium* referendas esse. Idque satis manifestum fit per signum &c., a legislatore adhibitum 43).

39) *Ord. nostr.* P. 2. T. 28. §. 2. & 3.

40) *Ord. nostr.* P. 2. T. 28. §. 11.

41) *tit. loc.* §. 12.



42) *cit. loc.* §. 12.

43) WILH. KLOTZII Diss. de *usufructu coniugum statuario.*  
§. 21.

§. IV.

Iam praeparata sunt omnia, ut intelligi possit, in quoniam ex mea quidem sententia secundum *Ordinationem Solmensis* consistit *portio statutaria* eo in casu, si *liberi non adsunt*, sed superstiti coniugi herciscendum est cum coniugis defuncti cognatis siue *adscendentibus* siue *collateralibus*; omnes enim cognati in uniuersum deficere haud debent, alias coniux superstes non solam portionem statutariam, sed integrum defuncti patrimonium ex *iure praetorio* lucraretur: uti supra Cap. I. §. 2. iam admonuimus. Confistit vero dicto in casu portio statutaria

a) in *proprietatis iure*,

a) in *dimidiam* partem *adhaerentis mobilis*, coniugi defuncto pro rata debiti, &

β) in *dimidiam* partem reliquorum defuncti coniugis bonorum *mobiliu*, siue *adlatorum* siue *delatorum* (§. 3. cap. 3.)

b) in *usufructus iure* in *omnia* & quaecunque bona defuncti, & quidem *quoad uiuit* coniux superstes.

Por-



Portio ergo statutaria non *simplex* est, sed ex pluribus lucris componitur. *Adquaestus* vero, quatenus ille inter coniugem defunctum & superstitem aequalance diuiditur, *dimidiam* partem, siue bona *adquisita mobilia*, siue *immobilia* sint, coniugi superstiti debitam, sub *portione statutaria* non comprehendo, sed hanc *adquaestus* totius *dimidiam* partem coniugi superstiti iure *communione bonorum particularis*, ideoque *iure proprio*, non vero *hereditario*, tribuo. Altera autem *dimidia* *adquaestus* pars, coniugi *defuncto* debita, quoad *mobilia* porro ita diuiditur inter coniugem superstitem & defuncti heredes, ut horum pars *dimidia* coniugi superstiti sub *portione statutariae nomine proprietarie* deferatur, altera vero pars in heredes defuncti dominiotenus deuoluatur. Accipit ergo coniux superstes reuera *doctrantem* bonorum *adquisitorum mobilium*, & *semissem* quidem iure *communione bonorum particularis*, *quadrantem* vero iure *portionis statutariae*. *Adquisita* vero *immobilia*, pro aequis partibus inter coniugem superstitem & defuncti heredes diuisa, quoad *dimidiam* partem, coniugi *defuncto* debitam, in heredes illius *dominiotenus* deuoluuntur, nec illa iterum, sicuti de *mobiliibus* dictum est, in diuisionem veniunt, sed coniugi superstiti in hanc alteram *dimidiam immobilium adquisitorum* bonorum partem solus ususfructus sub *portionis statutariae nomine* competit. Coniuge ergo quo-



quodam sub illa hypothefi, de qua nobis iam fermo est, defuncto, familiae herciscundae negotium fequentem in modum inftituendum foret:

- a) Separentur bona vtriusque coniugis *adlata & delata*, fiue ſint *mobilia* ſiue *immobilia*.
- b) Separentur bona *adquifita omnia*, eorumque pars dimidia ad hereditatem defuncti, altera ad coniugis ſuperſtitis patrimonium referatur.
- c) Computetur coniugis defuncti hereditas, comprehendens
  - α) bona eius *adlata & delata integra*, β) bona *adquifita pro dimidia parte*.
- d) Separetur hereditas *mobilis* ab *immobiliari*.
- e) Affigetur *dimidia pars* hereditatis *mobilis* coniugi ſuperſtiti *dominiotenus* iure *portionis ſtatutariae*, altera vero *dimidia pars* adſcribatur *dominiotenus* heredibus defuncti iure *ſucceſſionis*; & in hanc *dimidiam partem* conſtituatur coniugi ſuperſtiti *uſusfructus* iure *portionis ſtatutariae*.
- f) Adiudicetur hereditas *immobilis* *integra* heredibus defuncti iure *ſucceſſionis dominiotenus*; coniugi vero ſuperſtiti relinquatur *uſusfructus* iure *portionis ſtatutariae*.

§. V.

Quum contraria iuxta se posita clarius elucescant, non incongruum esse arbitror, si, antequam me ad probationem accingam, aliorum Virorum opinionem propono, de qua, quod *communis* fit & omnium fere animis infideat, fateri cogor. Vir Generosiss. IO. HENR. CHRISTIAN, de SELCHOW 44) *Ordinationis* quidem *nostrae*, inter alias leges prouinciales, mentionem fecit, portionem vero statutariam, in quo consistat, speciatim non definiuit, sed generaliter nimis loquutus est. Paulo clarius mentem *Magnifici* IO. GEORG. ESTORIS proposuit *ill.* IO. ANDR. HOFMANNVS 45) ita differens: Das Solmfische Landrecht II, tit. 28. verordnet: das der überlebende Ehegatt, wenn keine Kinder vorhanden sind, des Verstorbenen zugebrachte und aufgestorbene, auch eroberte Güter Lebenslang benutzen moege, nach dessen Ableben die zugebrachten Güter (sed quid iuris circa *delata bona* s. aufgestorbene Güter? Haec ab *ill.* HOFMANNO per errorem omissa esse, quilibet videt.) des Erstverstorbenen Verwandten heimfallen; hingegen die erworbene in zwene gleiche Theile getheilet, und die eine Haelfte auf des Mannes, die andere aber auf des Ehewebes naechsten Erben erblich fallen sollen. Horum ergo sententia, quae etiam, vti dixi, communis est,

D

eo



eo redit, vt portio *statutaria* coniugis defuncti constat in parte *adquæstus dimidia* & in solo *usufructu* defuncti coniugis hereditatis, siue *mobiliaris*, siue *immobiliaris*.

44) in *elem. iur. germ.* §. 481. not. 4. vbi error manifestus irrepsit cum pro §. 23. legendum sit §. 2. 3. 4. 5. 6. 8. Titulus enim 28. diuisus est in 12. §. §. nec in eo obuius est §. 23.

45) *Joh. Georgen Wstors teutsche Rechtsgelahrheit*, II. Th. ausgefertiget von *Joh. Andreen Hofmann*, §. 3043.

### §. VI.

Vt igitur *statum controuersiae* rite formemus, & in qua re nos inter & alios vel consensus vel dissensus est, speciatim indicemus, admonendi sumus, nullam esse controuersiam

a) de *immobilibus* defuncti coniugis bonis, siue *adlata*, siue *delata*, siue *adquisita* sint; sed haec *immobilia* bona iure statim deferri *dominiotenus* heredibus coniugis defuncti: solo horum bonorum *usufructu* coniugi *superstiti* competente, iure *portionis statutariae*. Et haec clarissimis quoque verbis sancita sunt in *Ordinatione Solmensi* c. I. §. 2. & 5. 46).

b) De

b) De ipso usufructu integro omnium defuncti coniugis bonorum mobilium, utpote qui aperte fundatus est in Ord. Solm. c. l. §. 3. & 5.

c) De dimidia totius adhaerentis parte, coniugi superstiti debita, siue bona acquisita sint mobilia, siue immobilia. Quod iterum extra omne dubium positum est, per Ord. Solm. c. l. §. 3.

Sed ferram disputationis desuper reciprocari: verum <sup>a)</sup> semissis bonorum defuncti coniugis mobilium siue adlatorum, siue delatorum, siue adquirentium, portionis statutariae nomine *dominiotenus* debeatur coniugi superstiti? &

β) utrum *dimidia adhaerentis totius* pars coniugi superstiti adscripta, pertineat ad portionem statutariam, an sit effectus communionis bonorum particularis, nihilque commune habeat cum portione statutaria, sed coniugi superstiti debeatur iure proprio?

*Primam* quaestionem Adversarii negant; ego adfirmo. *Aterius* quaestionis membrum *primum* Adversarii defendunt; ego *posterius membrum* verum esse aio.

46) Consultus duxi, ex perrara editione *aurbentica* Ord. Solmensis de anno 1571. integrum titulum XXVIII, P. II.





in appendice recufum dare, ad quam in fequentibus beneuolos Lectores remitto.

### §. VII.

Iraque nunc ad probationem eius, quam intuitu quaestionis contouerfae *primae* fultineo, fententiae properandum eft. CELSVS 47) praemuniat viam, optime enuncians, *iniuile eſſe, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita, iudicare vel reſpondere.*

*Primum* argumentum ex *ſtructura* totius diſpoſitionis legalis peto. In §. 2. fermo Legislatori eſt de *immobilibus* bonis defuncti *adlatis* & *delatis*; in §. 3. de bonis *adquiſitis*, ſiue *immobilibus* ſiue *mobilibus*, aequa lance inter coniuges *proprietarye* diuidendis, & de *uſufructu* alterius dimidiae partis, ex adquaestu coniugi defuncto debita; in §. 4. & 5. de bonis *immobilibus* & de *mobilibus* defuncti coniugis bonis ſiue *adlatis*, ſiue *delatis*, ſiue *adquiſitis*, & quid circa haec tam quoad *proprietaryem* quam quoad *uſufructum* iuris eſſe debeat, partim repetit, partim nouiter ordinat Legislator. Ideoque nullam bonorum ſpeciem omittit.

47) l. 24. D. de legibus &c.

### §. VIII.

*Secundum* argumentum deſumo ex verbis clariffimis

finis §. 4. auch alle fahrende und bewegliche Güter (so zum halben Theil auch hinderfaellig). §. 5. Und dieweil das Leztlebend --- sondern auch den *Eigenthum* aller beweglichen Güter und fahrenden Haab zum halben Theil behaelt. Ex his enim verbis luculentissime apparet, proprietatem *omnium* defuncti coniugis bonorum *mobiliu*m, siue ea *adlata*, siue *delata*, siue *adquisita* sint, pro *dimidia* parte coniugi superstiti, tanquam portionem statutariam, a Legislatore assignari. *Omne qui dicit, nihil excludit*, in prouerbio est. Et nullo modo probari potest, in citatis §. 4. & 5. sermonem solum esse de *adquae*stu. Nam in *adquae*stu inter coniuges diuidendo nulla distinctio obrinet inter *mobilia* & *immobilia* bona. Deinde quod Legislator *omnium* defuncti coniugis bonorum *mobiliu*m semissem *dominiotenus* adtribuerit superstiti coniugi, sequenti syllogismo euictum dabimus.

Quae *mobilia* defuncti coniugis bona iuuentario designanda sunt, eorum *proprietas* pro *dimidia parte* cedit coniugi superstiti;

A. *Omnia* mobilia defuncti coniugis bona, siue *adlata*, siue *delata*, siue *adquisita* sint, iuuentario designanda sunt;

E. *Omnium* mobiliu defuncti coniugis bonorum *proprietas* pro *dimidia parte* cedit coniugi superstiti.

D 3

Maior



Maior & minor propositio probatur ex §. 4. & 5. Ord. Solmensis, & praeterea absonum foret, statuere, quod in inventario omnia bona non sint designanda. Potius, quam inventarium super omnibus defuncti bonis, tam immobilibus, quam mobilibus, quae posteriora pro parte dimidia dominiotenus lucratur coniux superstes, conficiendum sit, visum est aequitati consentaneum, ut sumtus in inventarii confectio- nem impendendos utraque pars pro rata dimidia ferat, per §. 4. Ord. Accedit, quod in §. 4. de *immobilibus* defuncti coniugis bonis *omnibus* dictum sit, quod *uniuersa* redeant ad defuncti heredes; intuitu *omnium mobilium* vero bonorum, tantum quoad *dimidiam* eorum *partem* dispositum sit, quod ad heredes defuncti redeat. Ergo quoad *proprietatem* manifesta sit distinctio inter bona defuncti coniugis *immobilia* & *mobilia*. Quid quod ipse FICHARDVS 48), Ordinationis nostrae Auctor, verba: *alle sabrende Haabe*, ita interpretetur, ut *omnia* bona coniugis defuncti *mobilia*, siue *adlata*, siue *delata*, siue *adquisita* sint, comprehendant.

48) in *Consil.* Vol. II, conf. 33. n. 17.

### §. IX.

*Tertium* argumentum :

Quaecunque interpretatio rationi introdu-  
ctiuae



Etiuae & finali dispositioni optime respondet, illa est praefenda & attendenda;

A. nostra interpretatio &c.

E. ea est praefenda.

Maioris probationem spero, fore neminem vt abs me exposcat, vtpote sanae interpretationis regulis manifeste innixam: Minoris autem enunciationis probationem sequenti modo instituo. Iam supra diximus successionis coniugum mutuae rationem finalem *Ord. Solm.* in eo posuisse, vt in solatium orbitatis & remunerationem fidelis amicitiae coniugalis & bonorum malorumque consortium, aliquid ex defuncti bonis iure hereditario superstiti deferatur. Ex quo consequitur, legislatorem voluisse sese praebere liberalem erga superstitem coniugem, eumque non potuisse non verbis vt, quae plenam redoleant liberalitatem & determinent; & ita quoque verba eius iuste recteque adhibita eum in modum interpretanda veniunt, vt quam maxime finali rationi congruant. Vtrum autem hoc affecuri essemus, si dicimus, verba: die haelste aller fahrenden Haabe, comprehendere tantum adquaestus dimidium? ane potius statuendum est, sub his verbis semissem *omnium* honorum, quae ad defunctum pertinent, *mobilium*, intelligi? Per vltimum profecto, si nempe praeter adquaestus partem, iam ex alio capite debitam, insuper additur  
semis



femissis omnium defuncti mobilium maius solatium orbitatis creari maioremque fidelis amicitiae conjugalis remunerationem dari, quis est qui hoc non in propatulo positum esse affirmet?

§. X.

*Quartum*, idque validissimum argumentum praebent *statuta*, terrarum *vicinarum*. Quanta vis in isto argumento a iure regionum vicinarum desumpto, probe cognitum est cuicumque statutorum morumque patriorum Scrutatori. Comprobant hanc argumentandi rationem IVST. HENNING. BOEHMERVS 49), IO. VLRIC. L. B. de CRAMER 50), & CHRIST. HENR. ECKHARDVS 51) cuius verba adposuisse iuuabit: Quod ad vicina, inquit, iura adinet planum manifestumque est, multum illa vicinarum ciuitatum statutis, & vicinarum regionum legibus prouincialibus explicandis prodesse. Vti enim finitimae gentes, & vicinae ciuitates plerumque communia studia & instituta habent, nec multum diuersas in plerisque rationes status publici seruant: ita communibus quoque moribus & legibus illas vti necesse est. Hinc mirificus ille legum conuentus vicinarum gentium, quem tum in antiquissimis Germ. legibus, Salica & Ripuaria, Baiuuariorum & Alemanorum, Anglorum & Werinorum &c. tum in recentioribus statutis & iuribus prouincialibus animaduertimus.

timus. Vicinorum igitur locorum iura inspicere, ex  
 iisque statuta interpretari iubent ALDERAN. MAS-  
 CARDVS 52), DAVID. MEVLVS 53), PAVLLVS  
 CHRISTINAEVVS 54) NICOL. CHRISTOPH. DE  
 LYNCKER 55). adde V. C. CHRIST. GOTTL.  
 RICCIUM 56) & HENR. CHRIST. L. B. DE SEN-  
 CKENBERG 57). Si nunc consulimus Ordina-  
 tiones & statuta vicinarum regionum, mirificum eo-  
 rum consensum in eo deprehendimus, quod, prae-  
 ter adquaestus partem coniugi superstiti iure *commu-  
 nionis honorum particularis* debitam, ipsi portionem  
 statutariam iure hereditario deferendam, & partem in  
*licro* vel omnium vel partis mobilium defuncti bono-  
 rum, partim in iure *ususfructus*, consistentem assi-  
 gnent. Satis erit, sequentia allegasse exempla.

a) Secundum Reform. Francof. P. V. tit. 4. §. 3.  
 tit. 5. §. 9. coniux superstes, non existentibus  
 liberis, praeter dimidiam adquaestus partem,  
 ipsi iure *communiois particularis* debitam, tan-  
 quam portionem statutariam iure hereditario ad-  
 quirat proprietatem *omnium* a defuncto reli-  
 ctorum bonorum *mobiliu*, & *ususfructum*  
*immobiliu*.

b) Secundum statuta Wetzlariensia tit. 3. §. 4.  
 tit. 4. §. 1. 2. 4. idem plane, quod Franco-  
 furci valet, obtinet.

E

c) Etiam



- c) Etiam *Ordinat. prouinc. Nassioco - Cattimelibocensem* P. IV. c. 17. cum *Reform. Francof.* conspirat.
- d) Secundum *Ordinat. prouincialem Palatinam* P. IV. tit. 12. coniux superstes, praeter ad-  
 quaestus partem ipsi *proprio iure* iam debitam,  
 lucratur *iure hereditario* omnia mobilia & ad-  
 quaestum coniugi defuncto pro rata debitum,  
 exceptis quibusdam rebus, & praeterea gau-  
 det *usufructu* partis *dimidiae immobilium*.
- e) Secundum *Ordinat. Ducat. Francon.* P. III. tit. 88.  
 §. 10. 11. 13. coniux superstes iure proprio  
 & vi C. B. P. habet *semissem adquaestus*, & *iure*  
*hereditario*, *quartam* partem omnium defun-  
 cti bonorum accipit, tanquam *portionem sta-*  
*rutariam*.
- f) Praecipue autem conferri merentur *mores &*  
*consuetudines municipales ipsiusque Hassiae totius*  
*superioris*, iussu *LVDOVICI* testatoris ao. 1572.  
 collecti, quos in compendio euulgauit L. B.  
*de SENCKENBERG* 58), plenius vero re-  
 praesentati in *den Marburgischen Beyträgen*  
 P. III. pag. 1. seqq. Ex his collectis moribus  
 & consuetudinibus *Hassiae superioris*, regio-  
 nis patriae meae contiguae, satis superque  
 elucet, coniugi superstiti, praeter adquaes-  
 tus

stus partem, iure proprio debitam, ab antiquissimis temporibus haud denegatum esse ius hereditarium vi successione mutuae, tanquam partem hereditatis lege debitam. Ergo FICHARDVS in *Ordinatione Solmensi* & quoad hoc caput nihil singulare, & a vicinis moribus abhorrens edixit, sed potius in hac quoque materia mores in *Comitatibus Solmensibus* vicinisque regionibus, vsu obtinentes, publico iussu in scripturam redegit.

49) T. II. Conf. 205. n. 5.

50) de *interpretat. statutor.* in *Opusc.* T. III. p. 127. §. 3.

51) in *hermeneut. iur.* p. 325.

52) de *interpr. statutor.* II. n. 123, 125.

53) ad *Ius Lub.* qu. prael. X. n. 30.

54) ad *L. L. Mechlin. municip.* p. 10.

55) c. 1. §. 26.

56) in *rr. von Staatsgesetzen* lib. 2. cap. II. §. 3.

57) in *Diff. de legib. gent. bavar.* §. 7. & 24.

58) in *Select. iur. & histor.* T. III. p. 267. seqq.

### §. XI.

Sed satis de *quaestione controuersa prima.* (§. 6.)  
Progredior ad *secundam*, qua quaeritur: *utrum dimidia adhaerentis totius pars coniugi superstiti ad-*



scripta, pertineat ad *portionem statutariam*, an sit effectus *communione bonorum particularis*, nihilque commune habeat cum *portione statutaria*, sed coniugi superstiti debeat *iure proprio*? (§. 6.) Ego posterius membrum affirmandum esse dixi, & adhuc dico. Etenim *primo*, ex omnium confessione 59), *communione bonorum particularis* effectus in eo consistit, ut *adquæstus* coniugum fiat *communis*, & regulariter quidem pro *æquis partibus*. Et hanc *communione bonorum particularem* in *Ord. Solm. c.l. §. 3.* fundatam esse, *adquæstumque* conjugalem pro *æquis partibus* communem fieri, nemo est, qui negare audeat. Nunc vero prima iuris principia nos docent, quod ea, quae socius habet *vi communione*, eius sint *iure proprio*, nec fieri possit, ut socius ea, quae ipsius iam sunt, demum ex socii *hereditate* adquirat *iure successione* siue *hereditario*. Ergo *dimidia* totius *adquæstus* pars coniugi superstiti in *Ord. Solm. P. II. tit. 28. §. 3.* assignata, pertinet ad ipsum *iure proprio* nec *iure hereditario*. Quidquid autem coniugi superstiti debetur *iure proprio*, id ad *portionem statutariam* referri nequit. (per definit. cap. 2. §. 2.) Ergo *dimidia* *adquæstus* pars, coniugi superstiti *proprio iure* iam debita, separanda omnino est a *portione statutaria*. Et si hoc verum est, consequitur amplius, sub *dimidia omnium* defuncti coniugis bonorum *mobilium* parte, coniugi superstiti *iure hereditario* & *dominotenus* deferenda,

renda, nullatenus comprehendi dimidiam ad quaestus partem, coniugi superstiti *iure proprio* debitam.

Deinde ex *Ord. Solm. c. 1. §. 7.* manifestum est, quod coniux superstes lucris illis, quae lex sub *portionis statutariae* nomine ipsi tribuit, renunciare quidem possit, nihilominus tamen obligatus maneat, debita durante matrimonio communiter contracta, pro parte dimidia *proprio nomine* exsoluere. Huius dispositionis alia certe non est ratio, quam quod coniux superstes, vt *socius* communionis bonorum particularis, *proprio nomine* ad solutionem illorum teneatur, & dimidium ad quaestus *iure proprio* accipiat. Ergo *dimidia ad quaestus* pars non pertinet ad *portionem statutariam*. Porro per renunciationem lucrorum *hereditario iure* ex hereditate defuncti coniugis ipsi deferendorum, ab obligatione *propria* se liberare nequit. Ex quo conficitur, quod a permiffa renunciatione *portionis statutariae*, ad permiffam renunciationem *ad quaestus*, eo effectu, vt solutione debitorum plane liberetur coniux superstes, argumentari non liceat. Errat proinde FERD. CHRISTOPH. HARPRECHTVS (60) autumans, coniugem superstitem, renunciando ad quaestui, a solutione aeris alieni se eximere posse secundum *Ord. nostram*. Imo HARPRECHTVS & in eo lapsus est, quod ad quaestus ratam, coniugi superstiti *iure proprio* debitam, *portionem statutaria* complexam esse velit.

Tandem & consensus legum germanicarum vicinarum, quas §. 10. laudauimus, thesin nostram fulcit, quum & in iis manifesta deprehendatur differentia inter partem adqueestus, coniugi defuncto vi communione bon. partic. iure proprio debitam, & inter portionem statutariam ex hereditate defuncti coniugis superstiti deferendam. His omnibus, rice pensitatis, momentis abunde me demonstrasse puto, supra a me propositam ordinationis Solmensis explicationem inuictissimis niti argumentis.

59) c. 1. §. 476.

60) in Diff., de renunc. adqueest. coni. §. 74.







## CAPVT IV.

DE SVCCESIONE CONIVGVVM MVTV  
SIVE DE PORTIONE STATVTARIA  
SECVNDVM ORDINATIONEM SOLMENSEM  
SI LIBERI ADSVNT.

## §. I.

**R**estat igitur, vt *portionem statutariam* determinemus eo in casu, *si liberi adsunt*; in quo vero capite pertractando vel ideo breuiores esse possumus, quia in superiore capite disputata maiori ex parte hic recurrunt. Casus autem ille, *si liberi adsunt*, plures iterum pandit visiones. En casus, vbi coniuge quodam defuncto, *liberi adsunt*, plene enumeratos:

I. Si liberi adsunt *eiusdem* tantum matrimonii.

II. Si liberi adsunt *prioris* tantum matrimonii *coniugis defuncti*.

III. Si liberi adsunt *prioris* tantum matrimonii *coniugis superstitis*.

IV. Si liberi adsunt tam *eiusdem*, quam *prioris* matrimonii *coniugis defuncti*.

V. Si



V Si liberi adsunt tam eiusdem quam prioris matrimonii coniugis superstitis.

Interim omnes hi casus ad nostram tractationem non pertinent. Probe enim obseruanda est regula: *Quod si Ordinatio Solmensis in definienda portione statutaria generatim de casu: Si liberi adsunt, loquitur, tunc supponitur, adesse liberos, saltem intuitu coniugis defuncti tales; ideoque generatim perinde est, utrum liberi sint communes defuncto & superstiti coniugi, siue proprii defuncto coniugi.* Ratio huius regulae in eo sita est, quod de successione in bona defuncti coniugis, non vero superstitis, quaeratur. Ergo solis liberi prioris matrimonii coniugis superstitis existentibus, non adest casus: *si liberi adsunt*; sed potius casus: *Si liberi non adsunt.* Ex quibus prono sequitur alueo, ut tertius ex superioribus casus ad praesens caput plane non pertineat; deinde ut quintus casus in primum incidat. Plures vero liberi non desiderantur, nec enim est sine liberis, cui vel vnus filius vnaue filia est 61).

61) L. 101. §. II. D. de Condit. & demonstr. L. 148. D. de V. S.

§. II.

In primo casu, si nimirum liberi adsunt eiusdem matrimonii, & in quinto, qui in primum incidit, casu, si liberi adsunt eiusdem & prioris matrimonii coniugis superstitis, portio statutaria quadantenus eadem



dem est, quam in §. IV. Cap. III. adumbrauimus.  
Consistit vero vnice in *proprietatis iure*

a) in *dimidiam partem adqueſtus mobiliaris*, coniugi defuncto pro rata debiti, &

b) in *dimidiam partem reliquorum bonorum defuncti coniugis mobilium* siue *adlatorum* siue *delatorum*.

Vsufuctus vero in defuncti bona, ad liberos dominiotenus cadentia, *immobilia vniuersa & mobilia* quoad *dimidiam partem*, coniugi superstiti deberur, non tamen *iure hereditario & tanquam portio statutaria*, sed *iure parentali* (63) ad dies vitae. *Dimidiam totius adqueſtus partem & in hoc casu coniux superstes dominiotenus retinet iure suo & vi communionis bonorum particularis*, non vero *iure hereditario & tanquam portionem statutariam*. Omnia haec ex §. 3. 6. coll. §. 8. 9. T. 28. P. 2. *Ord. Solm.* probantur, nec, quod speciatim ad *adqueſtum diuidendum* attinet, obstat, quod in §. 6. *Ord. Solm.* de *adqueſtu* nihil occurrat. Nam respondeo: in cit. §. 6. sermo tantum est de *ſucceſſione & portione statutaria*, a qua plane differt *ſuorum adqueſtus*, coniugi superstiti pro *dimidia parte suo iure debiti*. De *adqueſtu* iam generatim dispoſuerat legislator in §. 3., ideoque de illo inter coniugem superstitem & defuncti liberos dominiotenus diuidendo, iam in §. 3. dicta, in §. 6. repetere superfluum



fluum visum est. Eaque res minus dubii habet, si perpendimus, quod *vitrico* adeo & *nouercae* dimidium *adquaeustus* tribuatur in §. 9. & 10. maiori ergo iure parentibus *propriis* vindicandum.

62) *Vsufuctum* parenti *superstiti* *portionis* *statutariae* nomine & iure *hereditario* neutiquam competere ex §. 8. *Ord. Sohn.* clare elucet, cum ibi coniugi *superstiti* *vitrico* aut *nouercae* *vsufuctus* denegatur. Rem totam, cum conclusionibus exinde deducendis, egregie proposuit KLOTZ. cit. loc. §. 32. v. C. ORTH. c. l. P. V. T. I. §. 7. add. IO. GOTTL. HEINECCIUS in *Diss. de Vsufr. materno* in *Sylog. Opusc.* Exerc. XV. Auide etiam expectamus, quae ill. AEMIL. LVDOV. HOMBERGKIVS in doctissima *Diss. Practim. de vsufuctu parentum in Hassia &c. Marburg. 1770.* §. 25. in *nostram* *Ordinationem* commentari promissit, quaeque, vt omnia *Viri eruditissimi* scripta, solida erunt & exquisita.

### §. III.

In *secundo casu*: Si *liberi* *adsunt* *prioris* *tantum* *matrimonii* *coniugis* *defuncti*, portio *statutaria* *eadem* est, quam in *primo casu* (§. II.) *definivimus*. *Vsufuctus* vero coniugi *superstiti*, *vitrico* aut *nouercae*, non competit, sed bona *defuncti* *coniugis* *immobilia* *uniuersa* & *dimidia* *omnium* *mobilium* *pars*, sine *vsufuctus* onere, a coniuge *superstite* *priuignis* *extradenda* sunt, & ita quidem, vt *diuisio* *intra* *mensis* *spatium* *instituat* & *bonorum* *paternorum*, *maternorumue* *rata*, sine *mora* *ipsis* *tradatur*, iuxta §. 8. *Ord. Sohn.*  
Ad

Ad quaestus etiam in hoc casu pro parte dimidia vi com-  
 munionis bonorum particularis coniugi *superstiti*, *vitri-*  
*co* aut *nouercae* saluus est iure proprio, per §. 3. 9. & 10.  
*Ord. Solm.* Caeterum sollicitos nos habere haud de-  
 ber, quod in cit. §. 8. de *portione statutaria*, quam  
*vitrico* aut *nouercae* supra asseruimus, nihil expresse  
 dictum sit; nam in cit. §. 8. *vice* sermo est de usufru-  
 ctu: ipsa vero *portio statutaria dominiotenus* assignata  
 ex §. 6. *tacite* subintelligitur, idque euincunt verba:  
*und ibren Antheil.* Neque quoad ipsam *portionem sta-*  
*tutariam* coniugi *superstiti* competentem, melioris con-  
 ditionis esse possunt *priugini* quam liberi proprii. Quoad  
*usufructum* manifesta est disparitatis ratio, iure scil.  
*parentali* in *priuginos cessante.* In *reform. Francof. P.*  
*V. T. IV. 6.* omnia clarissima sunt. Quaestio hic inci-  
 dit: verum *portio statutaria vitrico* aut *nouercae* ex bo-  
 nis defuncti coniugis *mobilibus* assignata, *filialem* ex-  
 cedere possit *portionem*? Equidem non ignoro L.  
 Hac edictali 6. C. de *sec. nupt.* in *Ord. Solm. P. II. T.*  
 18. §. 9. *expresse* repetitam esse; sed nihilominus  
 quaestionem *propositam affirmo*; quum in lucris,  
 quae ex *statuti dispositione* & non ex *binubi coniugis iudi-*  
*cio*, ad *secundam coniugem* proficiscuntur, legi Hac  
 edictali locus non sit; 63) nec ab *Ord. nostr.* locus  
 decur 64).

63) Sequor principia Illust. GEORG. LVD. BOEHMERI  
 Praeceptoris ad cineres vsque colendi, in *Diss. de re-*  
*stricta*



*stricta de bonis suis in fauorem secundi coniugis disponendi facultate.* Goetting. 1768. §. 18. & 19.

64) *Francosuri* quoque hac de re diu disputatum est. Tandem anno 1758. per *Scrum in portione statutaria* locus datus est l. *Hac edictali.* Magnif. KORTHOLT. in *cit. Diss.* §. 25. n. e.

§. IV.

In quarto casu, si liberi adsunt, tam eiusdem, quam prioris matrimonii coniugis defuncti, repetenda sunt eadem, quae in primo & secundo casu (§. 2. & 3.) differuimus. Portio nempe statutaria & in hoc casu eadem est. Dimidiam adhaerens partem iterum quoque coniux superstes suo iure retinet. *Vsufrectu* etiam iure parentali gaudet in eam bonorum partem, quorum proprietas ad proprios liberos peruenit; iis vero bonis, quae *primogeni* in diuisione hereditatis paternae maternaeue accipiunt, coniux superstes *vitricus nouercaue* haud vitur fruitur, per §. 8. *Ord. Solm.*

§. V.

Nunc audias & ipse iudices, vtrum ea, quae in *Iurispr. germ. ESTORIO - HOFMANNIANA* 65), ex iure *Sohnensi* in illo casu: si liberi adsunt, dicta sunt, adensum tuum mereantur. Locus hic est: Wofern aber eheliche Kinder vorhanden sind, alsdann erhalten sie die saemmtlichen vaeterlichen oder mütterlichen (scil. *liegenden*) Güter eigenthümlich, und

und die fahende Haab zur haelfte, auch eigenthümlich, und der andre halbe Theil wird dem Letzlebenden anererbet, iedoch dem Letzlebenden seinen Beifiz an beiden folchen Gütern fein Lebenlang vorbehalten. (Estne hoc vniuerfaliter verum? vid. §. 3. & 4. h. cap. 4.)

65) T. II. §. 3043.

§. VI.

Iam riuos claudere possem, nisi paucis memoranda esset verbis quorundam Doctorum sententia, ex §. 6. tituli 28. Ord. Solm. vsum iuris deuolutionis in Patria mea statuendum. Est ius deuolutionis, successio, qua, altero coniugum defuncto, non tantum huius, sed etiam superstitis hereditas, vel integra, vel illius pars, ad liberos quoad proprietatem transmittitur. Opinatus est Vir Magnificus IO. GEORG. ESTOR 66), statuta nostra de iure deuolutionis testari, & locum huic iuri dare a) in immobilibus & b) in parte mobilium dimidia. ESTOREM incaute. sequutus est Generosiss. IO. HENR. CHRIST. de SELCHOW 67). Sed quod ad ius deuolutionis in immobilibus adinet, deceptus est ESTOR per vitiosam editionem Ord. Solmens. de anno 1716. in qua §. 6. male ita redditus est:

--- alsdenn sollen denselbigen die liegende vaeterliche und mütterlich Güter zum Eigenthum gaenzlich ---

Vitium nempe in memorata editione in vocula, und  
 F 3 pro



pro oder posita, commissum est. Omnes enim editiones antiquiores, v. c. authentica de anno 1571. cuius excerptum dedimus in *Appendice*, de anno 1612. & de anno 1688. habent oder, non vero und. Hac vero lectione recta supposita, ius devolutionis in immobilibus cadit. Deinde ius devolutionis in mobilibus probare vult *Vir Magnificus* per verba:

--- und die fahrende Haab zum halben Theil auch eigenthümlich ---

Sed, vt, alia argumenta, iuri devolutionis obstantia, silentio transeam, vnicum iam repono illud, quod sub dimidia bonorum mobilium parte Legislator non intelligat, dimidiam partem hereditatis mobilis defuncti & patrimonii mobilis superstitis coniugis, sed solam partem dimidiam hereditatis mobilis defuncti coniugis. Etenim in tit. 28. vnice sermo est de hereditate defuncti coniugis, & de divisione eius bonorum inter coniugem superstitem & defuncti cognatos instituenda. De successione in bona superstitis coniugis neuriquam loquitur Legislator. Ignorat ergo ius devolutionis ORDINATIO SOLMENSIS.

66) in *spec. iur. germ* de iure devolutionis Ienae 1738. c. 3. §. 9.

& in *Iurisprud. ESTORIO-HOFFMANNIANA* T. III. §. 837.

cum quo loco ego quidem conciliare nequeo §. 837. T. I.

67) c. 1. §. 486. n. 4.

#### §. VII.

Haec sunt, B. L., quae ad *Ordinationem patriam* hac occasione proferre volui. Quae si aequis Arbitris non plane displicere video, plura iuris patrii capita & spinosas quaestiones enodare non deero.

AP-





## A P P E N D I X.

**Deren Graueschafften Solms vnnnd  
Münzenberg Gerichts Ordnung  
vnd Land Recht,**

Jetzt erstmals publicirt vnnnd in Truck  
gefertiget.

Getrukt zu Frankfurt am Mayn  
durch

**J o h a n n e m W o l f f i u m**  
im Jare MD. LXXI.

**Der ander Theyl von dem Landrecht  
Von Erbschafft**

**Mann vnd Weibs, gegen eynander.**

**Der acht vnd zwentzigst Tittel.**

**W**iewol den Keyserlichen Rechten nach, Eheleuch eynan-  
der nit erben, es seyen dann von dem Verstorben  
Ehegemahel zumal keine Erben, weder in ab noch  
auffsteigender, noch auch der zwerch linien, vor-  
handen (welches sich doch selten zutregt) jedoch, dieweyl je bils  
lich



lich ist, daß eyn Ehegemahel von dem andern, von wegen ihrer Christlichen vnnnd ehelichen bewohnung, und höchster zusammenverpflichteter trew vnnnd freundschaft, nach dem sie auch durch die vereheligung eyn fleisch und eyn leib worden, etwas ergetzlichbeyt ihrer samentlich in ihrem Ehestandt mit eynander gehabter sorg, mühe vnd arbeyt, bekomme, vnd bewegen fast allenthalben im Reich teutscher Nation breuchlich, auch durch sondere Statuta versehen, daß Eheleuth eynander, doch mit einer maß, auch erben sollen vnd mögen.

Also ordnen, setzen vnd wollen auch wir, da zwey Eheleuth ohn sondere Pacta vnnnd Bedinge, oder so dieselben sich alleyn auff die zugiffte vnnnd widerlegung, erstreckten, zusammen sich verheyrath, und in werendem Ehestandt kein Kindere mit eynander bekommen haben, oder ob sie gleich Kinder mit eynander gehabt hetten, dieselben doch vor ihnen den Eltern, verstorben weren, vnnnd eines vor dem andern, sonder geschäfte vnnnd letzten willen mit todt abgehet, daß als dann derselben erstuerstorbenen lehgende Güter, und so darsür geacht, so von ihme darkommen, oder ime außferstorben, sobald seinen nechsten blutgesippen Freunden, so der zeyt in leben seynd, eygenthumlich heimgesfallen seyen, vnnnd doch der lezt lebend sein lebenslang, und nit länger, den beysse dabey haben sol, doch daß er auch solche Güter in wesentlichem bau vnnnd besserung halten, dauon nichts verwüsten, dieselben nit versehen noch beschweren, auch alle beyde, Zins, Geschoß, dienst, und andere beschwerden, ohn zuthun der Eygenthums erben, dauon tragen vnnnd leisten solle, aber nach desselben tödlichem abgang, sollen sie den rechten Erben vnuersüglich zugestelt werden, Im fall auch der lezt lebend die lehgende Güter dermassen wie ob  
setz,



steht, nie halten, sonder in abfall kommen lassen, die zum theil, oder gang veruuffern, oder sonst beschweren würde, so sol er damit sein Leibzucht vnd vsstruct daran veruirect haben, vnd solche Güter, so der gestalt beschwert oder veruirsost weren, den eygenthums Erben dieselben Rechtlich haben zu erfordern, verfallen seyn.

So viel dann die Güter belangt, so beyde Eheleuth in werendem Ehestande mit eynander erzeugt, erkaufft, vnd sammentlich durch ihre mühe, arbeyt, vnd fleißige Haußhaltung erobert haben, bey denselben sol das letztelebend auch sein lebenslang seinen vöiligen beyseß haben, und dauon gefährlichen nichts veruuffern, aber nach des letztelebenden tödtlichem abgang sollen die selben erzeugten und eroberten Güter, die seyen leybend oder fahrend in zwey gleiche theyl getheilt, vnd der halber theil auff des Manns, vnd der ander halb theil auff der Frauen nechstverwanthe Erben, erblich fallen.

Damit auch hierinn durch den letztelebenden kein gefahr möge gebraucht werden, So wollen wir des erst verstorbenen Erben hiemit zugelassen haben, daß sie an das letztelebend bezgeren mögen, ein Inuentarium vber die hinderfellige leygende, auch alle fahrende vnd bewegliche Güter (so zum halben theyl auch hinderfellig) auff ihrer beyder Parteyen kosten, ordentlich weiß, auffzurichten, damit man zu künfftiger zeit, wann der fall sich zutregt, was nach des erstuerstorben todt vorhanden gewesen, wissen möge.

Vnd dieweil das letztelebende nit allein sein lebenslang den beyseß bey allen leygenden vnd fahrenden Gütern, sonder auch  
G den



den eygenthumb aller beweglichen Güter und fahrenden Haab zum halben theyl behelt, So ordnen und wollen wir, daß es auch dagegen alle schulden, so in stehender Ehe, sie Eheleuth mit eynander gemacht haben, zu zweyen drittheiten, vnnnd die eygenthums Erben des erstuerstorbens, den vberigen dritten theyl bezahlen sollen.

Wann kin-  
der verhan-  
den.

Werem aber eheliche Kindere, so sie beyde Eheleuth mit eynander gezeugt hetten, vorhanden, als dann sollen denselben die leygende Väterliche oder Mütterliche Güter zum eygenthumb genzlich, vnd die fahrend Haab zum halben theyl, auch eygenthumblich, vnd der ander halber theyl dem leztelebenden anererbt vnd verfallen seyn, Doch dem leztelebenden seinen beyseß an beyden solchen Gütern, sein lebenslang vorbehalten, dagegen er auch die Kindere zu Gottes fürcht außserziehen, vnnnd mit aller notz turfft versehen, auch die Schulden so in stehender Ehe gemacht, für vollen bezahlen soll.

Doch soll dem leztelebenden freye vnd beuor stehen, da es die Schulden zubezahlen, sich beschwert befünde, daß er auff den Beyseß, und die helfft der fahrenden Haabe verzeihen möge, Welchs aber für Schultheiß und Scheffen Gerichtlich, auch in Monats frist, oder zum lengsten sechs wochen, geschehen soll, als dann ist der leztelebend an den Schulden, weiter nit, dann den halben theyl, an denen, so er machen helffen, zubezahlen schuldig, die vbrigen Schulden aber, sollen die eygenthums Erben bezahlen.

Wir ordnen und wollen auch, wann der leztelebend Ehe gemahl eyn Stieffvatter oder Stieffmutter wehre, daß er oder sie

ſie alsdann an der Kinder erſter Ehe, Vatter oder Mütterlichen Gütern, keynen Beyſeß haben, ſondern mit denſelben Kindern innerhalb Monatsfriſt gründlich abzutheylen, und ihren Antheil ihnen unuerzöglich folgen zu laſſen, ſchuldig ſeyn ſol, Aber an ſeiner Kindere (da er inn zweyter Ehe eynige, mit ſeinem verſtorbenen Ehegemahl gezeuget hett) zugetheylten Gütern ſol ſhme der Beyſeß ſein lebenslang gegönnt werden.

Hette auch der Stieffvatter oder Stieffmutter in ſtehender Ehe, etliche leygende oder bewegliche Güter, die erwan anſehenlich und namhafte, erzeugen helffen, daran ſoll demſelben der halb theyl, inn nechſtgemeldter Erbtheilung, auch gefolgt werden eygenthumblich, ob ſie gleich mit eynander keine Kinder gezeugt hetten.

Was auch der leztlebend Stieffvatter oder Stieffmutter mit eynander hetten auff Geldgütern erwarben vnd erarbeyten helffen, ſo noch auff dem halmen oder am ſtock ſtünde, vnd vor deß erſtabgeſtorben todt nit were abgenommen, noch in die Scheuren oder Keller eingebracht worden, davon ſoll dem leztlebenden gleicher geſalt der halb theyl der ſchaar und abnuzung (doch ohne erſtattung eyniges baukoſtens) auch eygenthumblich zu kommen vnd bleiben.

Damit aber erklart werde, welche Güter für leygend vnd vnbeuweglich, auch welche für fahrende vnd beuweglich ſollen gehalten werden, So wollen wir, daß nicht allein die Güter, ſo von natur leygend vnd vnbeuweglich ſeynd, als Hauß, Hoff, Acker, Wiefen, ic. für vnbeuweglich, ſonder auch die Güter, ſo zu Erb oder landſidelen Rechten beſtanden, Item, die ſo auff  
G 2 eyn



eyn widerkauff erkaufft, Frem, ewige Zins, Renten, auch widerkauffliche vnd ablöfliche Güten, für leygende Güter geacht werden sollen.

Aber alle yberige Güter, als Barschafft, Silbergeschir, Kleynoch, Haufrath, Frücht, Wein, Viehe, vnd alles so von natur beweglich, auch Schulden, sollen für beweglich vnd fahrend Haab geachtet werden.



Giessen, Diss., 1766-70

X 2396520

V  
D  
18

ULB Halle


3

007 662 912









6.30. num. 32  
1770, 1 13

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
DE  
SVCCESIONE CONIVGVVM  
MVTVA  
SIVE  
DE PORTIONE CONIVGVVM  
STATVTARIA

P. 408.

IVXTA  
ORDINATIONEM PROVINCIALEM  
SOLMENSEM  
PARTE II. TIT. XXIIIX.  
QVAM  
EX DECRETO ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS  
SOLLEMNI  
EXCELLENTISSIMORVM ACADEMIAE PROCERVVM  
DISQVISIONI  
AD DIEM XXIIIX. DECEMBR. ANNO MDCCCLXX  
SVBMITTIT

IOANNES GEORGIVS ADOLPHI  
LICHIA - SOLMENSIS.

GISSAE,  
EX OFFICINA BRAVNIANA.

